

17

Consilium à certo Consiliario Regi post coronationem datum, de modo procedendi sub tempore turbatae Reipublicae, et qualiter hereditarius Dominus Regni Poloniae Magnique Ducatus Lithuania fieri possit: (quidam à confidente concreditum, nunc Orbi Polono à vera Patria filio iubente affectu promulgatum).

1. Quandoquidem Resp. Nra in diuersa studia et scissiones tam in Regno quam in Lithuania abiit, meminerit Rex incumbere, ne iterum animi comminentur; per discordiam enim facilius exhauriri possunt. Exemplo est Monarchia Romana. Uniuerso Orbi Roma Iura et leges dabat; sola sua potentia arbitra in Libertate florebat, florissetque in aevum, nisi ciuim nimos subeunte Discordia, intestinis odijs tanta decora absumta fuissent. Principibus et magnatibus non minore publica quam privata clade in se rasantibus, mutuisq; vulneribus immortalis; cum ne unus reliquus esset, quem ducem pristino honori recuperando superstes vulgus optare posset: Libertas sub Augusti concessit auspicijs, iugosq; mutata est, omnibus inoffensum Casari cui hereditatio Domino paritatis.

2. Quærantur modi militis Lithuani exauthorandi, si quærare opus: prætextus conuulsorum cum Turca Pactorem, sufficet; hinc militis nulla necessitas, inopia insuper tot bellis exhausta Reipublica, adeoque imparis sustentationi et stipendio exercitus. Ita Dues exercituum facilius potestate exuentur. Edat Rex Universalis, Nobilitatq; Lithuanæ insinuet, supra Nobilium fortem patrijs legibus contrariam Sapichas aspirare, nihili reliquos ab illis aestimari, in Regiam maiestatem consurgere, coagitationem funditis perditum ire. Indubie his dabitur fides, utpote Regio verbo firmatis, consequenter hoc semine odia Sapichorum nasentur.

3. Pro prima Palæstra Lithuaniam Rex eligat, utpote per præsentis discordias maxime opportunam, cautè tamen: Sapiens enim ab ævo potentes sunt, alendq; 15000 Exercitui de bonis suis sufficiunt; quibus si Reipublicæ miles, clientes, Nobilesq; in quos plurima effundunt, accesserint, metuumdum Regi, ne ejus intentæ infelicissimo fine terminentur.

4. Sicut Rex ^{Duce} harum turbarum Oginsium et Kociet, hi enim antiquitus Sapichanæ Domini sunt inimici, uterque exiguarum in Lithuania opum. Kociet insuper improbis, adeoque tepidior in Libertatem fertur affectu. Obiicienda utriq; offa, Oeconomia, capitaneatus, et, quò felicius concitare Nobilitatem contra Sapichas possint, non parcendum pecunijs; Destinentur illis centum millia Imperialium; exiguum meo iudicio pensum, si machina respiciatur: Plura quandoque somædijs absumuntur. Compensabunt hanc liberalitatem Nobilitatis studia, et sub protectione Regis malevolentis in Sapichas novas indies sumens incrementa.

5. Ad-